

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100




Nobile extras  
Etum ad Epilep-  
tiam.

tum, intus inanem & lanuginosum: qui mense Octobri paulatim flaccescens, tandē Nouembri plerunq. tot<sup>o</sup> contabescit et interit. Vestigia eius noua foliolorum purpurascentiū Soboles excipit, atq. ex radice capite protuberat: vt scilicet homo de fida naturæ parentis prouidentia hoc modo edoctus, perpetuam huius herbe fore copiam, ne dubitet. Folia maiora, serrata sunt, formamq. lupulorum, mollitiem Achanti & subluteum Chelidoniae Maioris referunt: superiorū incisuræ, quam inferiorū perpetuo profundiores, atq. amplitudo minor existit. Sub finem mensis May, ex caulis iam enati geniculis singulis, sinuosa quædam vtricolorum inuolucra siue folliculi striati protuberant: in quibus nouella alarum, pediculorum & foliorum germina sensim nascuntur, & assiduis incrementis aucta, tandem extra tunicas inuolucris sui (non secus atq. fetus per os vteri) erumpunt atq. in lucem emergunt. Semen Anethi similitudinem præfert, veruntamen florum, ex quibus prodit, foliola sublutea sunt, quæ diffluentia, Semen Lenistici non dissimile, ex singulis umbellæ pediculis dependens relinquunt. In radicē imperium suum exercent, Sol partibus septem, Mercurius tribus, duabus Luna: vnde mixtio eius ex partibus Sulphuris septem, et quoniam Luna et Mercurij humidum et frigidum suū coniungunt, Mercurij quatuor, Salis vero vna constabit. Caulis cū adnatis & sibi affnibus, quinque partibus Soli, quatuor Mercurio, tribus Lunæ subiacet. Semen deniq. Soli familiare est partibus sex, Mercurio tribus, Lunæ totidem. Ex qua

7. } Partes.  
 3. }  
 2. }  
 Sulph. 7. } Partes.  
 Mercur. 4. }  
 Sal. 1. }  
 5. } Partes.  
 4. }  
 3. }  
 6. } Partes.  
 3. }  
 3. }

temperamenti constitutione apparet, his partibus vim aperiendi, attenuandi & consumendi, accessisse. Ideoq. quæ inde separantur substantiæ, eæ sunt, Oleum, Anthos siue virtus extracta, & Salis quantitas minuscule. Flores secunda die Augusti nec non quarta & octaua carpuntur, dum videlicet Sol & Luna in signo Leonis versantur, Mercurij vero in quinto gradu Libræ consistit. Herba & caulis, antequam efflorescant colliguntur, die mensis Iunij secunda, quarta, sextaue: quibus Sol in facie vltima, nēpe gradu Geminorum, vel 6. vel 8. vel 9. et 20. Mercurius in Tauro, Luna deniq. in Cancro, cursum suū peragunt. Radix vero fodienda est, cum iam herba mediocriter excreuit, nec dum seminum principia emergūt, quod plerisq. in locis circa quartum, sextum, et octauum diem May fieri solet: Sole sc. in Tauro, Mercurio vero in sua ipsius domo, prima Geminorum facie, constitutis. Eiusmodi fossionem Anno supra millesimum quingentesimum, vicesimo nono, octauo Iduum May, Hora vndecima, minuto tricesimo quarto, cum Vir quidam diuini ingenij instituisset, potestates & effectus in ea mirificos deprehendit. Cuius momenti thema (vt quittū Planetarum & Signorū positus in cælo fuerint appareat) velut supra in Imperatoria mare: ita hic in Angelica fœmina, euidentioris doctrine gratia proponere volum<sup>o</sup>, similiter et in tertia sexus specie, quæ Infantis seu sobolis est, paulopost facturi.

Contra Epilepsiam.



Tempore modo commemorato, quo radii Syres Seminaria decessere, atq. Si Seminis procreationem moliantur, natura ductu in caulem evehuntur, Tum (inquam) Herba colligenda est, & minutim concisa optimeq. tecta, in aqua propria per dies duodecim maceranda. Quo peracto vasis vulgaris, ne quid spirituum euaporet, destilletur: destillatum in organo apposito A. B. & q. ad dimidij humoris euanescentiā, circuletur, atq. inde Epilepticus in paroxysmo exhibeatur.

